



Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuitur ... contra
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &
heriditarias quasi successiones

Epo, Boetius

Duaci, M.D.LXXXIIX.

242 Spiritualium cum profanis nulla permutatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

nibus agendum est sincerè, candidè, bonaque fide, tum spiritualibus in rebus vel maximè; quandoquidem non religio seu conscientia tantùm priuata vertitur verumetiam diuinus agitur cultus, vbi frustratio, dolus, impostura, deceptio, duplicitas omnis non potest nõ esse sceleratissima; cùm facinora tantò sunt maiorã quantò vel is in quem perpetrantur est aut maior aut in delinquentes beneficentior ac liberalior, vel res quæ violantur sunt sanctiores atque diuiniore aut spirituales magis. Exempla Glossographus aliquot adfert aliundè, videlicet ex Clement. vlt. s. de renunc. & ex c. vlt. de postul. & ex c. ne quid. 22. q. 2. & ex c. excommunicatorum. 24. quæst. 5. Quibus hic immorari nunc operæ precium non est: ad grauiora quæstionum hûc pertinentium genera properemus.

Ait Pont. *Si qua beneficia*: Dicebamus ad Bonifacianam verbo *Beneficia* quàm ægrè beneficiorum inter sese fuerit admissa tandè permutatio, nedum beneficij cum hospitali vel alio quopiam iure spirituali tanquam in commercium per sese non cadente. Quid igitur est sentiendum de permutatione iuris alicuius omnino spiritualis cum re prophana? Cerrè multò minus erit admittenda; quandoquidem iuris est clarissimi, spiritualia cum temporalibus permutari non posse c. vlt. de rer. permutat. propter simoniæ labem talibus in permutationibus apertissimè sese prodentem: Quo fit vt nec hospitale seu domus religiosa cum

i iiij domo

240
Sincerè cum-
ctus in rebus
agendum, præ-
cipuè tamè in
spiritualibus.

241
Pro persona-
rum & rerum
qualitate por-
derari delicta

242
Spiritualium
cum profanis
nulla permu-
tatio.

243
 Hospitalis cū
 domo priua-
 ta, permuta-
 tio.

domo quapiam priuata (laicorum nempe do-
 micilio) siue ad laicos pertinente siue ad Eccle-
 siam aliquam, permutari vllō modo possit sine
 vitio simoniæ quātumlibet ambo permutan-
 tes eam permutationē cum primis optarēt per-
 fici. Contingit his interdum temporibus vt
 partim per hæreticorum partim per militum
 grassationes Monachis vel Religiosis ruri de-
 gerere periculosum sit, qui domos suas priua-
 tas in vrbibus & intra mœnia sitas neq; tamen
 satis amplas nec ipsorum capaces desiderant
 permutare cum hospitalibus quibusdam tum
 capacioribus tum sibi multò cōmodioribus;
 idque reluctantibus hospitalariis vel aliis quo-
 rum tale quid fieri plurimū interest: Quæri-
 tur an propter bonum publicū Princeps tem-
 poralis, vel Episcopus etiam loci, possit hanc
 imperare perficique curare permutationem?
 Ac de iure respondendum videtur, nullo mo-
 do posse; sed hoc totū solius esse Summi
 Pontificis; Clement. 2. in princ. de relig. do-
 mib. vbi non tantū Glossographus verum
 etiam contextus ipse soli reseruant Pontifici
 mutare vel, vt Glossographus ibi loquitur, al-
 terare consuetum talis religiosæ domus vsum
 in alium quemcumque; quantumlibet con-
 sentientibus etiam partibus. Quæ quidē Cle-
 mentina per Cōcilium quoque Tridentinum
 sess. 7. cap. reformationis 15. fuit renouata.
 Quinimmo generaliter idem Concilium sess.
 25. reformat. 8. præcipit ad amissim obseruari
 fundationes antiquas iuxta primum suum in-
 stitu-

224
 An Princeps
 tēporalis vel
 etiam Episco-
 pus loci possit
 mutare pias
 fundationes
 in alios vsus.